

cursum miserie ad te: qui es vera patria
merces: premium eternum et gloria: da p
uenire. In tribulationibus: persecutio
nibus et tentationibus ad te clamantes
auxiliare. In agone positus de hoc quod
seculo exiturus succurre: et animas eorum
a faucibus rugientis inimici eripe. In
misis nostris et nobis veram charitatem
largire: omnibusque tuis fidelibus per
huius sacramenti virtute presta subsidium:
auxilium et solamen. Adhuc in carne
presentibus tuam gratiam largiendo. futuros
tua misericordia preveniendo. Preteri
tis vero omnibus eternam requiem tribuen
do. Deus qui es trinus et unus per cun
cta seculorum secula benedictus. Amen.

Q *Implicatio patronorum.*

T ut efficax mea deprecatio sit. beate
marie sp virginis suffragium peto: quam tan
ti meriti esse fecisti: ut prima inter mulie
res omnes hoc novum munus offerret:
ut deum virgo pareret et post partum vir
go permaneret. Assit mihi queso semper
et ubique beatorum angelorum custodia: et

presta vt apud te pro me misero pctōre
 sanctorum angelorū agmina interce-
 dant. **I**ntercessiōes apostolorum im-
 plozo: q̄ beatissima xpi passionis vesti-
 giā sunt secuti: ⁊ ad tantā celsitudinem
 peruenerūt: vt quecumq; ligarēt super
 terram essent ligata ⁊ in celo: ⁊ sederēt
 sup thronos duodecim iudicātes duo-
 decim tribus isrl. **M**artyrum p̄ces ex-
 p̄sco: qui p̄ tuo noīe sanguinē suum
 non dubitauerūt fundere: ⁊ duxerunt
 animas suas vsq; ad mortē: vt mortis
 auctorem superarēt. **C**onfessorū oratio-
 nes expostulo: q̄ bella tentationū pie-
 dum vincerēt in catholica fide: ⁊ in he-
 reticorum cōflictione diuissima certa-
 mina pertulerūt: longiores occultasq;
 martyrij palmas acceperūt. **S**ubueniat
 mihi apud misericordiā tuam chorus
 sanctarum virginū tuarum: quarū prin-
 cipatum tenet btā virgo Maria: vbi ip-
 sa cū omnibus sanctis intercedat vt ad
 vitam perueniā sempiternam: te mise-
 rante ⁊ donante. **Qui,**

s vera patit
 ⁊ gloriā p
 se: perfecim
 i te clamātes
 no debeo is
 aias eorum
 ci eripe: In
 ā charitatem
 delibus per
 sta subsidit
 huc in carne
 do. furores
 do. p̄tenti-
 me tribuen
 us percuti-
 is. Amen.
romo.
 tio sic. b̄e
 sequā tan
 er multo.
 offerret
 artū vir
 celo semp
 iustidit